



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XII. Veneficii rea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

XII.

Veneficii rea.

VENEFCII REA TORQUEATUR, DONEC CONSCIOS INDICET. Amiffa uxore, ex qua habebat filium, duxit alteram: & de ea fufcepit filiam: adoleverunt ambo infantes: repente ambiguis fignis perit adolefcens. Pater uxorem accusavit & damnavit: cum torqueretur, filiam fibi confciam dixit. Petitur puella ex lege ad pœnam, adefl ei pater.

PRO FILIA.

NOVERCA filios nostros aut infimulatione perfequitur, aut veneno, quæ scelus fuum, & in domo veneficæ, & in fuppliciis docuit parricidæ. Adoleverunt ambo, fed minor filia, & præter fexum multo fratre fimplicior. ¹ In uno utriufque mentem videris. Cum periit adolefcens, & patri venenum datum eft & forori. ² O noverca! eft alta crudelitas: amaffet, & confciam putaremus? Proh nefas! confcia dicitur, cui frater perit? Cur poftquam adolevit puella, eft interemptus adolefcens? Tamdiu ergo fuit quietâ novercæ crudelitas, quamdiu ætas illius ad perfuafionem confcientiæ pervenerit. Modum non habet iracundia mentiendi.

XIII.

Medicus tyrannicida.

TYRANNICIDÆ PRÆMIUM. Tyrannus fufpicatus fibi venenum datum ab eo medico, quem in arce habebat, torfit eum. ille pernegavit. Mifit ad medicum civitatis. dixit datum illi ab illo venenum, fed fe remedium daturum: dedit poculum, quo exhausto ftatim periit tyrannus: contendunt de præmio.

PRO MEDICO ARCIS.

ABSIT, fanctiffimi iudices, ut hanc vos fidem tyrannicidii detrahatis, quam & medicus confirmaverit & tyrannus. Confringunt nocendi voluntatem, poftquam fanandi remedium perdiderunt. Pœnas meas hinc cogitate, in quibus

¹ In uno utriufque mentem.] Puto, In una. puella fcilicet. Idem.

² O novercæ eft.] Malim, O noverca alta crudelitas! amaffet & confciam pute-

mus. Pith. O noverca! eft alta.] Forte: Cujus novercæ eft tanta crudelitas? vel O novercalis crudelitas. Gronovius.